

Ab. 127.
29.



POSITIONES
DISPUTATIONIS XVI.
DE VELLEIANO
SCTO ET COMPEN-
sationibus

Habenda sub presidio
Clariss. & consultiss. viri

Dn. ORTOLPHI FOMANNI
I. V. & Ph. D. & P. P. P.

à
M. ERNESTO Starck
Dresd. LL. Stud.

In Collegio Pandectarum publico
ad diem 27. Octobr.



F E N Æ

Typis Tobix Steinmanni,
ANNO M. D. IC.



VIRO PRV^o
DENTISSIMO ET
INTEGRIMO

DN. ARNOLDO
Preun/ciui Islebiensium

Affini & fautori honorando

D. D.



Respondens



Thesis I.



Senatus consulto Velleiano mulieribus prospectum, si pro alijs apud scientem creditorem intercedant.

Quando datur beneficium se Vellei.

II. *l. 4 et 12 f 8*

Vnde nec pro marito, nec pro parentibus, nec pro liberis aut liberorum tutoribus eas intercedere posse constat.

III.

An & in foro conscientiae sunt tutae? A. Nec mariti aut tutoris consensu earum intercessio convalidatur. Quid si casum statuto, ne quis contra instrumentum publicum audiatur? propterea mulier non repellitur.

IV.

In causa vero libertatis & dotis aliud observatur. Et l. si dotare 12. cum l. ult. C. h. t. contra Connam cum Duareno intelligimus de intercessione. Num idem iuris in alimentis & caeteris pijs causis quod in dote? A.

Quando non.

V.

Nec valet privilegium, si aut in rem suam contrahit, aut precium intercessionis accipit, aut dolum committit.

VI.

Quae itaque erit precij quantitas foeminam ab hoc beneficio excludens? Nobis illorum probatur

A 2

sententia,



16
sententia, qui id iudicis arbitrio relinquunt. Quid si
sexum mentita virili habitu induta contraxit? Non
iuuabitur Scto.

VII.

Aliud licet sit, si eo casu, quo stante statuto, ut
debiliorem fortior caupona expellat equitem, foe-
mina virili habitu induta id faciat.

IX.

Nec consulitur hoc beneficio, si intercessio fa-
cta post biennium iteratur: quæ posterior num ad
tempus prioris retrahatur, & in intercessione pro
marito facta procedat, quæstionis est utrumque N.

IX.

Sicut & si donandi animo intervenit, aut tute-
lam liberorum suorum suscipiens Velleiani benefi-
cio renunciat.

X.

Quod ipsum statuimus, si hereditatem emit,
æsq; alienum in se suscepit, aut aliâs in omne de-
functi ius successit.

1. q. 9. intercessio

XI.

Idem est, si pro fideiussore suo intercessit, vel li-
citè Scto renunciauit.

XII.

Hic magnus Dd. conflictus, an renunciare mu-
lier huic beneficio possit? Aff. Comm. Dd. à qua
sententia non levibus rationibus discedit Connan.
& Duar. Stante hac negantium opinione num jura-
mento renunciatio confirmatur? & iuramento stan-
dum Prius N. posterius A. An præterea renunciatio
absque certioratione valet? N. in casu L. si mulier
22. L. si dotare. 1. 2. l. pen. & ult. C. h. t.

1. l. 4. et n. f
9

1. ff. 9

Succur-

lib 4 c 12 f 8

XIII.

Succurritur autem defraudatis fæminis vel ipso jure, vel exceptione, vel si ignorantes indebitum solvuntur condictione.

Quomodo beneficium scilicet detur

XIV.

Quibus beneficijs & heredes & fideiussores æquè gaudent, quod est singulare.

Effectus.

XV.

Ne tamen exinde creditor cum alterius comodo iacturam patiatur? proditæ sunt à prætoribus actiones in eos, quorum negotium mulier gessit: vel restitutoria seu rescissoria, quæ actione per novationem extincta, vel si salva mansit, ea ipsa competit: vel Institutoria seu Institoria si ab initio mulier se solam ream constituit. Ideoque ea ipsa dabitur creditori contra principalem, qua fæmina ex intercessione obligabatur.

lib 2 c 1 32 f 15

XVI.

Compensatio est debiti & crediti inter se contributio, dum qui convenitur, creditorem suum, eundemque debitorem petentem submovet, paratus compensare.

Compensatio.

XVII.

Hinc Emphyteuta canonem intra triennium non solvens, non cadit beneficio, si habet quod possit compensare.

XIIX.

Compensatione utimur, vel nostro vel alieno nomine.

Qui compensare possint.

XIX.

Hic in dubium vocatur, an bannitus hac uti possit?

A 3

fit?



16
fit? A. An excommunicatus? A. nisi alicuius sit inda-
ginis creditum nec liquidum.

XX.

Alieno nomine compensaturus aut mandatum
habet, aut non habet.

XXI.

Mandatum habere videtur procurator, vel Rei
publicæ vel privatæ. Privatæ aut in rem suam aut rei
alienæ.

XXII.

Vnde quæritur, an procurator in rem suam ab
altero tanquam suo debitore conuentus lite demum
contestata, vel post denunciationem, & partis acce-
ptionem compensare possit. A.

XXIII.

^{causam agens}
~~causam agens~~ Quid si intermedius? Et ille & suo & domini
^{causam agens}
~~causam agens~~ nomine compensare poterit.

XXIV.

Tutor item & filiusfam. patris nomine conuen-
^{Mandato} tus; Eodem destitui ^{l. v.} fideiussor & negotiorum gestor.

XXV.

Materia.

Et locum habet in omnibus tam bonæ fidei
quam stricti iuris iudicijs: excepto deposito. Com-
modatum contra Accurs. vel si dos repetenda con-
tra Balduinum sub exceptione non comprahendun-
tur. Quid de momenti actione statuendum? Imperas-
tor quidem in Iustit. ait, solam depositi actionem ex-
cipi, cum eodem tamen Imp. in l. vlt. in fin. C. h. t. nec
momenti actionem admittere compensationem
concludimus.

XXVI.

Quid si iurato solutio promissa, an compensans
per.

periculum incidit? N. Quid si alternatiua obligatio,
num ibi compensatio admittitur? A. nisi creditor
elegerit.

XXVII.

Solarum autem quantitatum & rerum fungibi-
lium fit compensatio, non speciei ad speciem. Num
genus cum genere compensabitur? A. an cessat com-
pensatio, si quantitas ex vna parte & ex altera ira
quantitas debetur, vt sit instar speciei, A. *Fachn. lib. v. c. 6*

XXIIX.

Quid si debitum naturale? A. modo debitum fir-
liquidum & peremptoria exceptione perimi nequeat.

XXIX.

Neque tantum in contractibus & vltimis volun-
tatibus atque ita in legato relicto ad pios vsus vel in
fidei commissi petitione: sed etiam in maleficijs lo-
cus est compensationi, si ciuilitur agatur: sicque in-
iuriam verbalem iniuriam verbali, quae defendendi
causa subsecuta est, compensandam statuimus.

XXX.

Porro in iudicio & extra iudicium in prima in-
stantia & in causa appellationis: Lata quoque sen-
tentia in executione ea coram ordinario vel delega-
to iudice admittitur. Quod si fiat in iudicio, an ad
compensationem pars cogi poterit? A. *Formd.*

XXXI.

Eamque non tantum in bonae fidei sed etiam
stricti iuris iudicijs ipso iure fieri certi iuris est: idque
in actionibus in personam ante Iustinianum obti-
nuit: in actionibus in rem non item. Si igitur ipso
iure fit, num compensationis exceptio allegari de-
bet? A.

Finis

XXXII.

Finis est, ne fiat per plura, quod effici potest per pauciora.

XXXIII.

Effectus, quod debitor ad concurrentem quantitatem liberatur, vsurarum cursus impeditur, neque in poenam moræ debitor incidit: Deinde soluta pecunia, quæ compensari potuit, tanquam indebita condici, & pignora repeti possint.

XXXIV.

Maiorem quoque vim naturele debitum compensatione nanciscitur. De Iure Sax. compensationis non habebatur ratio, quod sublatum.

F I N I S,



Kc 3192

8^o



(X2217985)

VO 12

MC







POSITIONES
 DISPUTATIONIS XVI.
 E VELLEIANO
 CTO ET COMPEN-
 sationibus

*Habenda sub prasidio
 Clariss. & consultiss. viri*

L. ORTOLPHI FOMANNI
 I. V. & Ph. D. & P. P. P.

M. ERNESTO Starck
 Dresd, LL, Stud.

*In Collegio Pandectarum publico
 ad diem 27. Octobr.*



J E N A

Typis Tobia Steinmanni,
 ANNO M. D. IC.

